mentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel duplicatis Quaestionibus Suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Convertioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Krasnicki Zurowskiego Quietat et Consortem Statuet.

343

53 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Stanislaus Krasnicki Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Judiciis Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet Secum successores ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice ac perexpressum recognovit. Quia ipse "nomine" ~~ipse~~ Generosae Euphrosinae de Dembica olim Generosi Joannis de eadem Dembica Gorski cum Generosa olim Anna de Rojnow procreatae filiae sui Vero Recognoscentis Consortis legitimae pro Cuius ratihabitione cavet ac se praesentibus inscribit nomine de manibus Generosi Stanislai a Zurolo Zurowski Pincernae et Vicepalatini Terrae Praemisliensis

sliensis Summam Duorum Millium Florenorum Polonica-
lium Consorti Suæ præfatæ per eundem Generosum
Pincernam Terræ Præmisliensis Inscriptam certa de actu et
data illius hic Præmisliæ die Vigesima Quinta Mensis
Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesi-
mo proxime præterito inscriptam et solui assecuratam
habit, leuauit, et realiter numerauit, de qua itaq Summa
Duorum Millium Florenorum Polonicalium nomine Con-
sortis Suæ atq de Inscriptione eadem Generosum Pincernam
Præmisliensem Quietat emittit, dimittit, liberumq et ab-
solutum facit et perpetuo pronuntiat, Inscriptionem Cassat
mortificat et annihilat. Hac sua præsenti persona-
li recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.
Nihilominus is idem Recognoscens Generosus Stanislaus
Krasnicki se ac suos successores, in et super bonis suis gene-
raliter omnibus Summisq pecuniariis quibusuis habitis et ha-
bendis memorato Generoso Stanislao Zurowski Pincernæ
et Vicepalatino Terræ Præmisliensis eiusq posteris inscribit
et obligat præsentibus præfatam Generosam Euphrosi-
nam Gorska sui Recognoscentis Consortem legitimam
cum personali sui Recognoscentis assistentia Vel in even-
tu mortis successores illius ad approbandam per ipsam In-
scriptionem præsentem Quietationam Vel aliam similem
sue pro interesse faciendam, ad Acta quævis Authentica
Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia intra de-
cursum Sex Septimanarum adducere et personaliter sta-
tuere, ab eaq Vel eius successoribus, Vt præmissa debite exequan-
tur efficere. Idq sub Vadio summæ Duorum Millium Flo-
renorum Polonicalium per eundem Generosum Stanisla-
um Krasnicki sive eius successores, Suprascripto Generoso

Stanislao Zurowski Pincerna et Vicepalatino Praemysliensi eiusque successoribus, ob non statutionem praefatae Consortis suae statuendae, vel in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Interea vero ad tempus statutionis suprascriptae Generosae Euphrosinae de Dambica Gorska Consortis suae is idem Recognoscens Generosus Stanislaus Krasnicki debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis praefato Generoso Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Terrae Praemysliensis inscribit et obligat praesentibus ipsum et eius posteros ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis suprascriptae Consortis suae # modo quovis eximenda in omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fuerit evenerit defendere, evincere et intercedere, eliberareque ac indemnem cum posteris reddere, idque sub alio simili et speciali vadio aliorum Duorum Millium Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Stanislaum Krasnicki sive eius successores suprascripto Generoso Stanislao Zurowski Pincernae et Vicepalatino Terrae Praemysliensi vel illius posteris, ob non complectionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Generosus Stanislaus Krasnicki sive eius successores ad instantiam

\# eiusque successorum

praefati

præfati Generosi Stanislai Zurowski Pincernæ et Vicepala: tini Terræ Præmysliensis aut illius successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense exture recess: su suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, sui parere, respondere, Vadium vel Vadia præstita luere Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium vel et alios omnes exinde consequen: tes causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera in: firmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen: ta ad Carcerem, vel aliis quibusvis dilationibus et lega: libus impedimentis non differendo ad quietationem præterea ultra proximos officii præfati Castrensis Capitane: alis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipi: endo nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecu: tiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplici: bus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalis iuris præscriptione, terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et sin: gula mediante.

Legit

Bistomski Golembiowskie mu Donat et Contem Statuet.

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capi